158

Sigismundus primus rex Poloniæ, Carolo quinto Romanorum imperatori.

Serenissime et excellentissime etc: Exigente summa necessitate reipublicæ christianæ, et nonnullis etiam privatis negotiis nostris, mittimus ad vestram celsitudinem nobilem Joannem Dantiscum secretarium nostrum, cui commisimus ea, quæ intelligimus præsentissima rei christianæ pericula, eidem vestræ celsitudini referre, quam plurimum rogamus, ut et fidem illi adhibere, et eum tam in publicis omnium rebus indies magis in præceps vergentibus, quam etiam in quibusdam negotiis nostris privatis, benigne et citra moram absolutum ad nos remittere dignetur, factura pro officio excelsa virtute, et officio eminentiæ suæ, nostroque mutuo amore et necessitudine. Dominus Deus maiestatem vestram servet diutissime sospitem et felicem, cui nos ex animo commendamus. Datum